

		Subtili, morbos animi	
	Spiritu aereo		Cometarum vt pestes, morbos contagiosos Fulguris & tonitrui, vt fe- bres putridas.
D	Cacodæmones pro- ducunt in solo hu- mano	Ignitos na- turæ	Presteris , vt amentiam, Phrenitidem Lycan- thropiam.
		Denso & hu- more mixto morbos vel	Rubedinis aut citrinitatis vespertinæ vt Icteriti- am.
		Aereos eos- que vel	Turbinosos vt vertiginem seu scotomiam : Epile- psiam ventosam, Flatulentos, vt flatum hy- pochondriacum
	Corpore	Aqueos vi- delicet	Hydropem, Ventris fluxum, Epilepsiam flegmaticam, Gonorrhæam, Profluuium maliebra.
		Terreos vi- delicet	Carbunculum, Lepram, Pruriginem, Porriginem, Scabiem, Podagrum.

Non est dubium quin Cacodæmones, vtpote hominibus hostes exitiales humanum tum spiritum corpus non aliter affligant, quam spiritum, & aquam, & terram in Macrocosmo. Nam cum homo sit filius, respectu compositionis, Mundi, & cum etiam ipse recenseatur esse omnium creaturarum finis, sequitur, quod tam præi dæmones sint ordinati à Deo, ad hominum peccantium punitionem, quam boni ad obedientiam, tutelam, atque prosperitatem ; sed hi omnes, vt sunt ministri Dei, in pænam mundi & hominum ordinati, seu quidem nihil efficere valent, nisi à Deo iis permittatur, quod siquidem exemplo Iobi, *Iob. 1.2.* & Dæmoniaci, quem Christus liberauit, *Matth. 8.31.* aperte denotatur. Hinc Dæmonium Christo, *Sicutis nos hinc mitte nos in gregem porcorum;* & ait, *Ite, Quarecum Deus maledicit hominem vel populum,* tunc angeli isti perdentes parati sunt ad voluntatem Dei obeundam : Atque hoc modo maledicente Deo populum pro peccato Davidis : Angelus perdens statim præsto fuit ad perdendam Ierusalem, *i. Chron. 21.* Porro etiam dicente *Iehonua*, angelus in momento paratus excidit omnem roborem valentem in castris Assyriorum videlicet 185000. homines, *2. Reg. 19.* Quare videmus, quod immediatus pestis infector sit angelus Dei per-  
dens, qui & vastator, atque exterminator dicitur in aliis locis. At vero vt peccatum hominis est morbi & mortis occasio , ita quidem diabolus non est solummodo paratus in malorum infi-  
ctione , verum etiam , vt ad tale officium & exequutionem intromittatur , solet hominem occultis blanditiis ad peccandum inuitare , nam Cacodæmones istiusmodi , & præcipue illi aereæ naturæ , cum in eorum compositione sint familiares spiritui nostro extenso seu aereo , fa-  
cillime se possunt susurrationibus occultis insinuare , & impellere sensum hominis phantasticum at-  
que incitare ad illud quod malum videbitur, in oculis Dei, vt tum postea potestate habeat, in spiritum eius aereum & corpus, nam in cœlum humanum (vtpote templum spiritus sancti) penetrare nequit, quippe exula cœlo. Hanc diaboli astutiam nimis tarde lugebat Adam , qui blanditiis ser-  
pentis ductus à cœlo in sphæram peccati est delapsus, imo vero & propheta regius, vt cunque sagax & mente sublimatus, ab ipsis dolis tuto euadere nequivat, sed laqueis ipsius captus non modo ipse fed & vniuersus populus est pro eodem peccato peste vexatus. Nonne expressis verbis hoc legimus in pagina sancta, videlicet, *quod Diabolus incitauerit David ad numerandum populum Israeliticum*, vt hac